non multum fuisset [t] expertus - nam a puericia in studiis generalibus videlicet Parisiensi et Aurealensi [s] iuventutem suam exercuit, ubi eciam gradum licenciati in decretis baccallarii [t] obtinuit - laudabilis tamen ipsius in studio literarum conversatio et generis alta nobilitas ad tantum ipsum honoris et dignitatis fastigium extulerunt. In principio igitur cum ipse ad regimen Coloniensis ecclesie accessisset, cessantibus propter sue parentele nobilem potenciam ecclesie consuetis priorum [u] temporum guerris, ipse rexit [v] ecclesiam in summa pace et tempore quiete per 12 [w] circiter annos. Sub qua quidem pacis amenitate tam clerus quam populus post [x] preteritas longi temporis fatigationes excussas tranquilla felicitate gaudens temporum opulentissime respiravit. Ipse [y] + siquidem in huiusmodi quietis temporibus castra ecclesie et fortalicia propter preteritarum guerrarum pressuras reperiens alia collapsa, alia destructa, nonnulla iniciata sed nondum perfecta multis magnificis et decentibus structuris nobilissime communivit. Nam castrum Lechenich [z], quod quidem contra adversitates comitum Juliacensium utpote in terminis positum semper fuit et esse potest ecclesie coloniensis singulare presidium, ipse dominus Walramus carni quidem et sanguini minime acquiescens fratre suo comite Juliacensi plurimum invito atque renitente a fundamentis [a] erexit et decentissimis edificiis ad magnam perfectionem usque perduxit [b], quod quidem successor suus plenius consummavit. Ipse eciam plurima castra ecclesie videlicet [c] Gudesberch Brule [d] Hart [e] turribus et menis fortibus fortiter communivit. Multas eciam nobiles possessiones et castra ad ecclesiam magnis pecuniis acquisivit [bis], utpote opidum et castrum Oyde [f] [bis] cf. dipll. ap. Lac. III, p. 301. 330. 373.

+ cod. 5, cuius verba ex parte repetit cod. 6, ita: In principio sui regiminis castra et fortalicia ecclesie propter preteritarum guerrarum voraginem in diversis locis (locis suppl.) collapsa ..... reperiens magnificis structuris decentissime reparavit et quasi architecta (sicuti fidelis archit. 6) domificare (edificare 6) (domificari 6) non cessans ex edificiorum suorum que in presenti adhuc cernitur pulchritudine commendabilem sui nominis memoriam dereliquit.

r) fuis. multum 3. s) Aurealis 3. Parisiensibus et Aurealensibus 4.4'.4". t) baccell. 1. bacell. 3. bacall. 4.4'.4". u) ipsorum 1.4.4'.4". v) arexit 3. w) 11 cod. 1. 10 cod. 5. x) post deest 2.4. y) Idem 3. z) Lechnich 1. a) fundamento 4.4'.4". b) perduxit 2. c) videl. deest 2. d) Gruedesbergh Bruele 1. Gudisberg Brule 3. Gudesberg Brula 4.4'.4". e) Harttho (!) 2. f) Syde 4.4'.4"

Chron. quor. 1346 inf.